



dr. Thomas Masaryk; e permagno numero nobilium discipulorum iam defuctorum primus ministrorum Eduardus e comitibus<sup>6</sup> Taaffe, Cardinalis Vindobonensis dr. Othmar Rauscher, e viris doctissimis professor litterarum Germanicarum dr. Guilelmus Scherer, anatomicus dr. Josephus Hyrtl, e Musis amicissimis auctor musicus Franciscus Schubert, comicus Joannes Nestroy, poeta Hugo de Hofmannsthal nominentur! Optandum est, ut gymnasium Academicum Vindobonense in perenne floreat ad laudem litterarum humanarum et utilitatem suae patriae.

O. Schmid.

\* gróf = Graf = comte



Heriot, primus ministrorum Francogalliae a quodam diurnario<sup>1</sup> interrogatus est, cur rem publicam<sup>2</sup> capessisset,<sup>2</sup> «Juvenis hoc somnium vidi — respondit ille vir<sup>3</sup> rerum<sup>3</sup> civilium<sup>3</sup> illustrissimus. — Vir quidam elegantissime vestitus atque procacitatis<sup>4</sup> conspicuae tabernam vitriarii<sup>5</sup> intravit, ubi omnia vitrea scipione confregit. Altero die senex placidus patellam<sup>6</sup> glutinis ferens ad eandem tabernam advenit et omnia fracta paulatim conglutinavit.<sup>8</sup> Hunc senem glutinatorem tum mihi ad imitandum proposui.»

Lycuro, legislatori Lacedaemoniorum maximo quendam peregrinum<sup>9</sup> in urbem aduentum esse et ante Areopagum iam horā amplius uno pede stare nuntiatur. Lycurus quoque adiuit Areopagum spectaturus peregrinum mirum.<sup>10</sup>

Qui eum conspiens: «Tu non possis, o rex, sic tam longo tempore constare, quam ego». — «Hoc sane verum est, sed dic mihi, amice, sitne anser,<sup>11</sup> qui hanc facultatem non habeat?»

Temporibus Georgii IV. regis Britanni ebrietas<sup>12</sup> in Britannia ita percrebruit,<sup>13</sup> ut ebrii, praesertim dominicā,<sup>14</sup> in via voluta-

rentur. Rex vinolentiae<sup>12</sup> saltem diebus festis finem facturus hoc edictum promulgavit: «Quisquis dominicā sive ceteris diebus festis in capona potus<sup>15</sup> erit potestatem habebit sine solutione<sup>16</sup> abeundi». Victor Kósa (Budapestini).

<sup>1</sup> ujságíró = Journalist = journaliste <sup>2</sup> politikai pályára lépni = die politische Laufbahn betreten = entrer dans la carrière politique <sup>3</sup> államférfi = Staatsmann = homme d'État <sup>4</sup> vakmerőség = Dreistigkeit = efronterie <sup>5</sup> üveges = Glaser = vitrier <sup>6</sup> tányér = Teller = assiette <sup>7</sup> enyv = Leim = colle <sup>8</sup> összeragasztani = zusammenkleben = coller <sup>9</sup> idegen = ein Fremder = un étranger <sup>10</sup> furcsa = sonderbar = étrange, original <sup>11</sup> liba = Gans = oie <sup>12</sup> iszákosság = Trunksucht = ivrognerie <sup>13</sup> elnap = Sonntag = dimanche <sup>14</sup> ittas = angetrunken = enivré <sup>15</sup> számlája kifizetése = Bezahlung der Zeche = régler son compte

### Salse dicta Friderici Magni.

1. Ante hos 150 annos mortuus est Fridericus, qui magnus erat non solum ut princeps, sed etiam ut homo. Rerum scriptores multas parvas historias memoriae tradiderunt de eius iustitia, benignitate et hilaritate.<sup>1</sup> Una ex proprietatibus Friderici magni erat — si ad aures eius pervenit dictum<sup>2</sup> cuiusdam molestum — ut illum non puniret, tantum rogaret, haberetne ipse saltem<sup>3</sup> centum milia militum? Qui si negavit, rex mitigato<sup>4</sup> pectore dixit: «Si haberet centum milia militum, bellum ei inferrem. Sed sic nihil possum facere contra eum».

2. Fridericus M. semper aestimabat rationem<sup>5</sup> et ingenium. In bello septem annorum vallum diū frustra oppugnabatur. Subito unus ex militibus exsiluit et regi explicare cooperat, cur impetus bene<sup>6</sup> procedere<sup>6</sup> non posset. «Nequam<sup>7</sup> homo impudens, tace!» — increpuit eum F. M. iratus. «Maiestas, — respondit grenadarius<sup>8</sup> — hominibus ad impudentiam non idoneis nunquam vallum occupare poteris.» Fridericus risum<sup>9</sup> tollens<sup>9</sup> consilio militis accepto rationem<sup>10</sup> impetus mutavit et — vallum brevi cepit.


3. Quidam praefectus<sup>11</sup> militum<sup>11</sup> regi nun-

<sup>1</sup> kedélyesség = Gemütlichkeit = bonne humeur <sup>2</sup> megjegyzés = Bemerkung = observation, apergu <sup>3</sup> legalább = wenigsten = au moins <sup>4</sup> csillapodott = besänftigt = apaisé <sup>5</sup> eszesség = Vernunft = finesse d'esprit <sup>6</sup> sikerülni = gelingen = réussir <sup>7</sup> semmirékellő = Taugenichts = varien <sup>8</sup> gránátos = Grenadier = grenadier <sup>9</sup> nevetésre fakadni = in ein Gelächter ausbrechen = éclater de rire <sup>10</sup> terv = Plan = plan <sup>11</sup> tiszt = Offizier = officier

### Quid in Acropoli acciderit?

Scr. Michael Földi, in Latinum convertit Áem. Láng.

Luna plena argenteo lumine columnas templorum in Acropoli abunde spargit, splendissima lumina ex electricis projectoribus in saxa lunā illustrata diffunduntur. Circa projectores phalanæ<sup>2</sup> volitant, insecta<sup>3</sup> varia bombicant<sup>4</sup> et super saxa catervatim<sup>5</sup> homines sedent. Vir quidam focali<sup>6</sup> russo<sup>8</sup> lingua Germanicā, Gallicā et Anglicā de monumentis antiquis alta voce explicat.



Acropolis antiqua.

Dominae dominique, — clamabat, — in Acropoli sumus. Anno bis millesimo a. Chr. urbs monti subiecta iam habitabatur. Saeculo sexto a. Chr. Pisistratus Acropolim aedificiis sacris adornavit, Cimon autem montem moenibus cinxit, quae hodie quoque videtis. Cimona exceptit<sup>7</sup> Pericles et Phidias et...

Ex umbra projectorum subito adfuit vir bene<sup>8</sup> barbatus<sup>8</sup> comā promissā;<sup>9</sup> cutis<sup>10</sup> eius

Anna Gellért disc. Ursulani.

<sup>12</sup> iszákos = trunksüchtig = ivrogne <sup>13</sup> szemlét tartani = Musterung halten = passer en revue <sup>14</sup> kifogásolni való = tadelnswert = à reprocher <sup>15</sup> csak, legfeljebb = nur, höchstens = tout au plus <sup>16</sup> asztaltársaság = Tischgesellschaft = convives <sup>17</sup> kedvű = gelaut = d'humeur <sup>18</sup> tekintetben = in Hinsicht = au point de vue <sup>19</sup> pénzadakozás = Geldsammlung = collecte <sup>20</sup> tál = Schüssel = plat <sup>21</sup> eléje tartani = hinreichen = tendre, avancer

<sup>1</sup> fényszóró = Scheinwerfer = projecteur <sup>2</sup> éjjeli lepke = Nachtfalter = phalène <sup>3</sup> rovar = Käfer = insekte <sup>4</sup> zümmög = summen = bourdonner <sup>5</sup> csoportosan = scharenweise = en groupe <sup>6</sup> vörös nyakkendő = rote Halstinde = cravate rouge <sup>7</sup> követ = folgen = suivre <sup>8</sup> nagyszakállú = grossbärtig = barbu <sup>9</sup> hosszan lecsüngő = lang herabhängend = pendant très long(s) <sup>10</sup> kemény bőr = harte Haut = peau dure

callosa<sup>10</sup> rugis<sup>11</sup> erat arata.<sup>11</sup> Pullo<sup>12</sup> atque lacero<sup>13</sup> pallio<sup>14</sup> fuit amictus et ex sandaliis usu detritis<sup>15</sup> pedes elucebant. Accessit ad mystagogum<sup>16</sup> atque manum eius apprehendit. Qui eum graviter increpat:<sup>17</sup> Quid tibi vis? cur me turbas?

— Nimis multa garris<sup>18</sup> — dixit ille leniter sed certe.

— Quid negotii est?<sup>19</sup> tu me turbare audes? Forsan mihi aemuleris?

— Male explicas.

— Ego? Inauditum! Indignum!<sup>20</sup> Quid in me reprehendis?

Vir male vestitus propter<sup>21</sup> mystagogum astitit. Curiosi homines murmurantes eis circumfunduntur; ille autem nimiā<sup>22</sup> sui<sup>22</sup> aestimatione<sup>22</sup> inflatus nobili gestu silentium possebat.

— Superfluā doces, inaniaque captas. Dic his, ut oculos aperiant cernantque sentiantque hos argenteos splendores, hanc lucem, quae ex<sup>23</sup> duobus milibus annorum in hoc monte luceat ac splendeat. Dic aperiant aures, quibus hunc sibulum<sup>24</sup> susurrumque<sup>25</sup> percipient. Auditisne? — rogavit alacrius. — Aura<sup>26</sup> canit. Lux canit.

— Yes — interfatur Anglus quidam — audio aliiquid.

Senex manu renuit:<sup>27</sup> «Nihil adhuc audis. Exrinsecus auribus id tantum percipi potest, quod intus auditur. Nescis, quid hīc audiendum sit. Hoc loco ideo canit aēr, ideo canit lux, cum hīc dei habitassent. Nunc quoque habitant.»

Mystagogus pugnum in<sup>28</sup> latus<sup>28</sup> senis barbari impegit.<sup>28</sup> Propere facesse<sup>29</sup> hinc! Illoco tradam te custodi, qui te in carcerem ducat.

Vir pannosus<sup>30</sup> primum labat, dein repente se erigit. Aspectum lenem in homines convertit: «Vos, homines, ex quo huc redieram, cotidie observito.<sup>31</sup> Omnes vitae status commutati sunt, ex quo proxime hīc fui. Semper festinatis, cursu citato cursatis variisque machinis utimini, ut ex uno loco ad alium celerius perveniatis. Sciscitarab omnes,<sup>32</sup> qui<sup>32</sup> ubique<sup>32</sup> sunt,<sup>32</sup> cur semper praecipiti<sup>33</sup> cursu<sup>33</sup> certatim<sup>34</sup> rueretis<sup>34</sup> et quae esset causa magnae sollicitudinis vestrae, sed mihi inquirenti nemo sanum responsum dedit. Multifariis linguis loquimini. Ut vos intelligam, nonnullas earum

et ego didici, quae ex eo tempore usu receptae sunt, ex quo lingua mea apud vos obsolevit,<sup>35</sup> licet omnia prudenter ac pulchre cogitatā sensāque mentis ēā praecolare effingi potuerint. At cur huc advenitis, si omnia diruistis, quae hīc fuere. Accepi vos armatos in planitem montis ascendisse, pulverem<sup>36</sup> pyrium<sup>36</sup> intra columnas marmoreas condidisse et pilas<sup>37</sup> incendiarias<sup>37</sup> in templo coniecissem. Cur ab vobis demolitā colitis? Cur rebus delectamini, quas ipsi corrupistis? Cur desideratis fragmēta rei, quam totam sprevistis? Quaestiu-  
culas<sup>38</sup> dedi vobis, ut cogitare possetis.

Mystagogus pannosum senem correptum movet et quatit: Desine! — acriter eum inclamat. — Noli dominas dominosque turbare! Ebrius es, abi in malam pestem!

Succurro vobis — perrexit magnā voce senex docendo seque erexit. — Non advenistis, ut montem videretis, nam montes eosque maiores etiam alibi habetis. Neque haec lux electrica vobis valde cordi est, sunt enim plura inventā<sup>39</sup> eāque perfectiora in urbibus vestris, quam in hoc monte. Neque aspectatis viam ferratam, automobilia eorumque motoria benzinae, et multas variasque machinas, quibus et corpora vestra et verba ex una parte orbis terrae ad alteram horrifica cum celeritate inter concitationes<sup>40</sup> animi<sup>40</sup> continuas traicitis. Hic id quaeritis, quod vobis

<sup>11</sup> ráncos = runzelig = sillonné de rides <sup>12</sup> sötétszínű = dunkelfarbig = de couleur sombre <sup>13</sup> szakadt = zerissen = effiloché <sup>14</sup> köpeny (görög filozófusok viselték) = Mantel (Tracht der griech. Philosophen) = pallium (sorte de manteau, porté par les philosophes grecs) <sup>15</sup> elhasznált = abgetragen = usé <sup>16</sup> idegenvezető = Fremdenführer = guide <sup>17</sup> rárvall = anfahren = aborder avec brusquerie <sup>18</sup> fe-  
cseg = plappern = bavarder <sup>19</sup> mi dolog ez = was soll das bedeuten = hé quoi! <sup>20</sup> gyalázat! = es ist schändlich! = ne va pas! <sup>21</sup> mellé = neben = auprès de <sup>22</sup> önteltség = Selbstgefälligkeit = présomption <sup>23</sup> óta = seit = depuis <sup>24</sup> morajlás = Sausen = murmure <sup>25</sup> zsongás = Rauschen = bourdonnement <sup>26</sup> áramló levegő = strömende Luft = le courant aérien <sup>27</sup> leint = abwinken = faire un geste de dénégation <sup>28</sup> oldalba üt = in die Seite stossen = donner un coup sur les côtes <sup>29</sup> elkotróni = sich fortpacken = décamper <sup>30</sup> rongyos = lumpig = loqueteux <sup>31</sup> buzgón megfigyel = eifrig beobachten = observer <sup>32</sup> az egész világon = in aller Welt = dans le monde entier <sup>33</sup> roham-lépésben = im Sturm laufen = au pas de charge <sup>34</sup> versenyel fut = wettkämpfen = lutter de vitesse <sup>35</sup> kimegy a divatból = aus der Mode kommen = passer de mode <sup>36</sup> puska-por = Schiesspulver = poudre de chasse <sup>37</sup> gyujtóbomba = Zündbombe = bombe incendiaire <sup>38</sup> apró kérdés = kleine Frage = petite question <sup>39</sup> találomány = Erfahrung = invention <sup>40</sup> lelkizgalom = Gemütsaufregung = émoi

deest. Tranquillitatem pacis<sup>41</sup> et animi, pulchritudinem et deitatem,<sup>42</sup> quae hīc habitavit et hodie quoque hic habitat. Deum, sine quo omnia vasta et inania sunt, quae excogitatis et facitis sive limite<sup>43</sup> ferrato<sup>43</sup> moveantur, sive in aēre volent.

Mystagogus scriptā de sinu prompsit. En, ego litteris publicis fidem<sup>44</sup> tibi facio<sup>44</sup> me a magistratu mandatum habere, ut exteris ostendam, quae in urbe visu digna sint. At tu quis es? Unde domo? quid est tibi nomen?

Senex pannosus voce leni dixit: Socrates.

Quid est Socrates, inclamat eum mystagogus.

Socrates est mihi nomen, — respondit placido pectore — Socrates ille philosophus.

Multi cachinnant<sup>45</sup> digitisque eum monstrant. Nomen eius per multitudinem susurando<sup>46</sup> volat: Socrates. Socrates. Socrates. — Femina quaedam incerte ridet et admiratione stupida rogit: Hice est philosophus?

Mystagogus senem pallio arripit: Insipis? Me ludibrio<sup>47</sup> habes? Qui Socrates es?

Socrates sum, philosophus, filius Sophronisci sculptoris et Phaenaretae obstetricis.<sup>48</sup> Hie vixi et hīc sum a. CCCXCIX. mortuus.

<sup>41</sup> politikai bēke = politischer Friede = paix politique <sup>42</sup> istenség = Gottheit = divinité <sup>43</sup> sin = Schiene = voie ferrée <sup>44</sup> igazol = beglaubigen = prouver <sup>45</sup> felkacag = auflachen = éclater de rire <sup>46</sup> suttag = flüstern = chuchoter <sup>47</sup> bolondá tart = jmd zum Narre halten = jouer un tour <sup>48</sup> bába = Hebamme = sage-femme



Tabula Hispaniae ex ephemeric «Angriff» excerpta, illustrat certamen fascium et communistarum. Saepes e filo aculeato Hispaniam in duas partes dividit. Pars Occidentalis -- exceptis oppidis Malaga, Oviedone, Santandro et Bilbaone — a fascistis iam occupata est, communistae alteram partem defendantes subsidium per Pyrenaeos montes a Francogallis et in portu Barcelonae a Russia sovietica accipiunt, quibus aurum aerarii in portu Valenciae in navem imponunt.

Stupidissime, — clamabat mystagogus et senem magno impetu percussit, qui labans concidit et per declive praecipit missus est. Mystagogus despexit in eum, dein paucis<sup>49</sup> veniam petuit pro factis et dum pergit descriptiones locorum historice prosequi,<sup>50</sup> senex se a gravi casu attollit, redit et iterum interfatur. Mystagogus tunc eum verberare coepit. Clamore exorto ad volavit custos, qui turbulentum et usque<sup>51</sup> clamitatem «mendicum» abduxit eumque magistratu tradidit. Mediā nocte iam in carcere inclusus erat. Etiam ibi plagas accepit, cum custodes laederet ac iudices exposceret, quibuscum de «quaestionibus» disceptaret.<sup>52</sup> Si quis intraverit, statim cum eo altercari<sup>53</sup> coepit et «iustitiam» explanabat.<sup>54</sup> Explanaciones eius iniuriosae<sup>55</sup> videbantur. Manifestum erat vix esse legem, quam sive interrogatione sive enuntiato non laesisset. Homo seditiosus existimatur. Novarum<sup>56</sup> rerum<sup>56</sup> molitor<sup>56</sup> declaratur. Mendacioquus dicitur, cui nihil sancti, nullus deorum metus, nulla religio. Laesis iudicibus poena condemnati aucta est. Denique morte damnatus veneno occisus est.

Novissima<sup>57</sup> verba eius : Substantiam<sup>58</sup> mortis idem esse arbitror, sive veneno seu laqueo<sup>59</sup> occidimus. Et iterum dico vitam humanam sine Deo nihil valere.

Summa reverentia sacerdoti arridebat.<sup>60</sup>

<sup>49</sup> verbis <sup>50</sup> tárgyal = behandeln = relater <sup>51</sup> folyton = forwährend = sans cesse <sup>52</sup> megvit = erörten = délibérer sur qch <sup>53</sup> vitatkozni = disputieren = discuter <sup>54</sup> fejteget = erläutern = expliquer, analyser <sup>55</sup> sértő = beleidigend = injurieux <sup>56</sup> forradalmár = Revolutionär = révolutionnaire <sup>57</sup> utolsó = letzte = dernier <sup>58</sup> lényeg = Substanz = fond, essence <sup>59</sup> kötél = Strick = corde <sup>60</sup> rámosolyog = jn anlächeln = sourire à qn

cellulam nullus fluxus transire possit. Sin<sup>6</sup> cathodum ex caesio, calio, vel natrio praeparatam collustramus, instrumentum statim fluxum signat. Nam energia vel vis luminis ex cathodo electra<sup>7</sup> expellit, quae ad anodum volant. Ita vacuum via fluxūs erit inter cathodūm et anodūm. Si crescit illustrationis fortitudo, simili modo crescit etiam fortitudo fluxūs instrumento signati.


Fluxus non erit constans, si cellula lumine quidem constantis fortitudinis, sed diversi coloris collustratur, quia vis lumen diversorum non est eadem. Maxima est vis violacei, minima rubri coloris. Color, cuius vis ipsa adhuc sufficit ad electra expellenda ex cathodō, limes inferior vel ruber dicitur; alter, cuius ex lumine minima vis lucis maximum efficit fluxum electricum, «maxima<sup>8</sup> selectio»<sup>8</sup> nuncupatur. Sunt cellulæ, in quibus color viridis, caeruleus, flavus, etc. maximum fluxum electricum moveat.

Si cellulam Neone, Helio etc. replemus, sensibilitas eius magnopere crescit.

Livius Botár, disc. gymnas. Keszthelyensis.

<sup>1</sup> fényelektromos cella = Photozelle = cellule photoélectrique <sup>2</sup> elektromosáram = elektrischer Strom = courant électrique <sup>3</sup> árammérő műszer = Strommessungs-instrument = Ampèremètre <sup>4</sup> áramforrás = Stromquelle = source du courant électrique <sup>5</sup> áramkör = Stromkreis = circuit électrique <sup>6</sup> ha azonban = wenn aber = mais si <sup>7</sup> elektron = Elektron = électron <sup>8</sup> Scilicet : color, vel lux maximum fluxum electricum seligens = selektivmaximum = Selektivmaximum = Maximum sélectif

Figura.



A = Cellula; B = Anodus; C = Cathodus;  
D = Instrumentum; E = Fons fluxus.

### De cellula<sup>1</sup> photoelectrica.<sup>1</sup>

Cellula photoelectrica est instrumentum fluxui<sup>2</sup> electrico<sup>2</sup> luce dirigendo destinatum, quod ex pila vitrea evacuata duas continentem electrodos constat. Una anodus, altera cathodus dicitur. Cellula, instrumentum<sup>3</sup> fluxui<sup>3</sup> electrico<sup>3</sup> metiendo<sup>2</sup> et fons<sup>4</sup> fluxūs<sup>4</sup> circum<sup>5</sup> electricum<sup>5</sup> formant.

In tenebris instrumentum nullum signat fluxum; resistentia vacui tanta est, ut per



Carissimi Fratres !<sup>1</sup>

Iam, iam litteras laetas ad Vos scripturi eramus, cum hodie Iulum Gömbös Honestissimum Principum Hungariae, Virum Illustrissimum, Poloniae Amicissimum de vita dececessisse, repente audimus. Tristes animae nostrae, plena dolore corda nostra.

Difficile est tali horā animos carissimorum amicorum consolari, sed scite, nos unā cum Vobis tam acerbis Vestrae Patriae temporibus graviter dolere.

Fidelissimi Vestri amici quartae classis Gymnasii Buscensis.

Nonis Octobribus, 1936.

<sup>1</sup> Haec epistola a pueris Polonis ad discipulos gymnasii Ord. Praemonstr. Goedeloensis missa est.

Salmus Princeps abbas temporibus Ludovici XV. homo omnibus membris extortus<sup>1</sup> et fractus<sup>1</sup> erat; ob hoc multa ludibria<sup>2</sup> immania in aula pati debebat. Aliquando, cum per vestibulum regis iret, unus ex equitibus circum caminum exspectantibus exclamavit: «Spectate, ibi venit Aesopus!»

Dictum risu communi accipiebatur, sed abbas se quietus avertit et suppressā<sup>3</sup> voce sic fatur: «Comparatio cum fabulatore excellenti Graeco mihi incredibiliter blanda est, quia Aesopus, quamquam deformitas<sup>4</sup> eius nota erat, summā arte vocem et mores animalium describere potuit.»

Susanna Büchler, disc. Theresiani Budapestinensis.

<sup>1</sup> nyomorék = Krüppel = estropié <sup>2</sup> gúnyolódás = Gespött = raillerie <sup>3</sup> halk = leise = tout bas <sup>4</sup> formátlanság = Mißgestalt = diformité

3. In Britannia publicabatur commercium<sup>1</sup> epistularum<sup>1</sup> Georgii regis anno praeterito defuncti cum avia<sup>2</sup>, regina Victoria. Tum Georgius princeps puer decem annorum erat.

«Carissima avia ! Vidi in expositis<sup>3</sup> oblectamentis<sup>3</sup> puerilibus<sup>3</sup> equum pulcherrimum. Emere eum velim, sed deficit me pecunia. Rogo te, mittas mihi pecuniam, ut emere possim. Tuus nepos amans. Georgius.»

Haec nepoti regina respondit: «Carissima mi fili ! Tristis audio pecuniam a te non recte aestimari.<sup>4</sup> Omnem pecunium tuam iudi absument. Disce res magni<sup>5</sup> facere.<sup>5</sup> Fac te ipsum mores corrigo meliorem. Avia tua Victoria». *Le La*

Thomas Bruck disc. gymn. IPEA.

<sup>1</sup> levelezés = Briefwechsel = correspondance <sup>2</sup> nagyanya = Großmutter = aïeule <sup>3</sup> gyermekjáték-kiállítás = Kinderspielzeugausstellung = exposition de jouets <sup>4</sup> megbecsülni = schätzen = apprécier <sup>5</sup> értékelni = wertschätzen = estimer <sup>6</sup> könyvkereskedő = Buchhändler = libraire <sup>7</sup> font sterling = Pfund Sterling = livre sterling

Gaston Galliffet, legatus<sup>1</sup> gallicus, cum centurio fuit, aliquando novos centuriae suae milites coram sē apparere iussit et illis haec dixit: «Carissimi amici ! Deus vōs, in magnam nostram familiam duxit. Bene valete hic, et

<sup>1</sup> táborknok = General = général



Fr. Roosevelt (pag. 44.)

habete fiduciam<sup>2</sup> benignitatis praefectorum et magistrorum! Ego equidem pater cunctae centuriae, itaque pater vester quoque sum!<sup>1</sup>

Unum tum conspexit, qui ore hianti orationem audivit. Illum repente voce horrendā exclamans interrogavit: «Intellexisti me?»

Ita est, pater! — respondit ille.

Marcus Szluha disc. gymn. Acad. Budap.

<sup>2</sup> bizalom = Vertrauen = confiance    <sup>3</sup> tátott száj = aufgesperrter Mund = bouche bée

### Natatio dicta «crawl».

Scrispit Joannes Gathy, latine reddidit Carolus Acs.

Certe maximus est error narratiunculae caput<sup>1</sup> et summam<sup>1</sup> praecipere,<sup>2</sup> sed iam mihi principio fatendum esse videtur me natare nescire. Ego 28 annos natus sum et optime valeo florentibusque vitae condicionibus fruor, verum tamen nare nescio. Quum enim nautas et piscaiores strenuos esse cognovissem, qui iidem natandi imperiti essent, destiti artem natandi ediscere. (Hic est fabulae prologus.)

Iam incipit fabula atque<sup>3</sup> ea<sup>3</sup> in refertissimo curru vapore acto, quo ad lacum Balaton vehimur. Primas itineris horas cum edendo, tum iter feriarum faciendi et collegis acervum epistolarum<sup>4</sup> inchoatarum<sup>4</sup> sed omissarum<sup>4</sup> relinquendi voluptate<sup>5</sup> perfruebar,<sup>5</sup> id quod animi alacritatem atque hilaritatem magnopere auxit.

Paulo ante, quam ad Balaton advecti sumus, aliquid duri in caput meum graviter incidit: id erat vidulus<sup>6</sup> petasum<sup>6</sup> continens.<sup>6</sup> Iam-iam dira<sup>7</sup> verba<sup>7</sup> exsecuraturus,<sup>7</sup> postquam viduli possestricem<sup>8</sup> adulescentem ac dominam suavissimam esse cognovi, «amabo»,<sup>9</sup> inquam, «nihil mali accidit».

Haud magna mihi dexteritate<sup>10</sup> opus fuit, ut incepsum sermonem porro<sup>11</sup> sererem<sup>11</sup> et iam alter de altero ea, quae in curru veloci feriarum aestivarum blaterari<sup>12</sup> solent, satis cognovimus, praesertim utrumque nostrum in pagum Zamárdi esse profecturum, id quod me magnā laetitiā affecit, ut pote nova amica mihi placuit.<sup>13</sup> (Nodus fabulae astringitur.)

«Iuvat te item aquā frui posse? Quae quaestio animo meo, tamquam coelo adhuc candido nubeculam obduxit,

«Selicet, — inquam firmiter — ut gymnicus<sup>14</sup> exercitatissimus».

«Scisne» crawl<sup>15</sup> natura?

(Nubes attolluntur, tamen pedem non reperio.)

«Sane hercle, inquam glorians, immo optimus! Rectissime res se habet, utpote quae pro 100 m exerceam et cui opus sit viro, qui prae-natet.<sup>15</sup> In Natatione<sup>16</sup> Contectā iam 1:28-3 nihilo dicitur, verum equidem me nonnisi aliquot menses exerceo».

Magnā<sup>17</sup> mihi operā<sup>17</sup> constitit<sup>17</sup> sermonem in res minus captiosas<sup>18</sup> deflectere. Tempus mihi auxilium tulit, cum interim vix ad Zamárdi advecti sumus.

«Cras ergo mane — inquit de curru descendens, — inter<sup>19</sup> nos<sup>19</sup> videbimus»<sup>19</sup>

Videlicet, qui postridie non praesto esset in aqua, is ego fui. Ne posteris quidem diebus in aquam ivi cæco timore correptus, amicæ ne occurserem. Dum senes iuvenesque sese in aqua Balatonis refrigerantes<sup>20</sup> delectabantur, ego in calceis pulvere oppletis et sudore perfusus errabam per plateas<sup>21</sup> in umbrosis sedilibus refrigerationem petens. O me abdicatum<sup>22</sup>, nandi imperitum cum amore in pectore pullulanti<sup>23</sup> erga natatricem «crawl»!

(Catastrophe impendet.)

Cum iterum in sedili sederem me in librum, qui inscribitur, «Quomodo fiam natator liber» abdens,<sup>24</sup> caterva adulescentorum pre-

<sup>1</sup> csattanó = Pointe = pointe    <sup>2</sup> előre elmondati = vorwegnehmen = dire d'avance    <sup>3</sup> még pedig = und zwar = et cela    <sup>4</sup> elvégzettenek levelezés = unerledigte Korrespondenz = correspondance inachevée    <sup>5</sup> avval a jóléső érzéssel töltöttem el = verbrachte ich mit dem wonnigen Gefühl = je le remplis d'un sentiment de satisfaction    <sup>6</sup> kalapdoboz = Hutkoffer = carton à chapeau    <sup>7</sup> közel voltam hozzá, hogy káromkodjam = ich war nahe daran in Verwünschungen auszubrechen = je fus sur le point de lâcher un juron    <sup>8</sup> tulajdonos = Besitzerin = propriétaire    <sup>9</sup> no de kérem = aber bitte sehr = mais je vous en prie    <sup>10</sup> ügyesség = Kunst = adresse    <sup>11</sup> folytatni = fortsetzen = continuer    <sup>12</sup> fejsegnyi = plaudern = papoter    <sup>13</sup> nagyon tel-szett = außerordentlich gefiel = me plaisirait beaucoup    <sup>14</sup> sportférfi = Sportsmann = sportsman    <sup>15</sup> tempót diktál = Schrittmaher = qui nagerait devant moi    <sup>16</sup> uszoda = Schwimmsschule = piscine    <sup>17</sup> nagy fáradságombá került = kostet mich viel Mühe = j'ai eu grand'peine à    <sup>18</sup> fogós = verfänglich = captieux    <sup>19</sup> viszontlátásra = auf Wiedersehen = au revoir    <sup>20</sup> üdülve = sich erfrischend = en se rafraîchissant    <sup>21</sup> utca = Strasse = rue    <sup>22</sup> kitaszított = Ausgestossener = réprouvé    <sup>23</sup> csirázó = aufkeimend = germant    <sup>24</sup> elmerülve = vertieft = absorbé

tergressa est. Domina quaedam, amica mea, comes itineris, mea natatrix cominus<sup>25</sup> ad me accessit.

«Ehodum, ubi latitas usque?»

«Nusquam», inquam fortiter.

«Atqui rem sic abire non sinemus. Cras mane te cum familiaribus meis arcessam atque lembo<sup>26</sup> in aquam vehentes luculenter<sup>27</sup> nos exercebimus».

«O rem mirabilem, quam insigne commentum!»<sup>28</sup>

Haec verba ore atque lingua effudi.

«Ubinam habitas?»

«In hospitio Isabellae.»

«Recte! Cras horā 9. inter nos videbimus.»

Hac nocte non poteram oculos connovere me in lecto volutans, librumque qui inscriptus est». «Quomodo fiam natator liber» memoriae<sup>29</sup> mandans<sup>29</sup> interdumque discriptioni<sup>30</sup> itinerariae<sup>30</sup> studens. 8. horā et 40 sexagesimis fatum curru accelerato evadere posse sperabam.

Verum tamen nolebam ignavus videri. Ipsā horā 9. familiarium coetus advenit. Vestis mea natatoria mihi funebre vestimentum videbatur. Dentibus<sup>31</sup> crepitantibus<sup>31</sup> corpus gau sapā<sup>32</sup> involvi. Ipsa et adolescentuli laetiā gestabant. Lembo remis pulso in lacum evehimur. O quam pulchrum et iucundum est horis matutinis in lacu Balaton! At mihi haec omnia cernere non licebit... Angore percitus et perturbatus aestuabam.<sup>33</sup> Confitear omnia? Minime vero. Citius moriar!

(Res tandem erumpit.)

A ripa circiter 600—700 m. abscesseramus.

«Agitedum!» — inquit ipsa atque eam in aquam cernuantem<sup>34</sup> ceteri sodales secuti insiliunt. Ut pisces perniciter<sup>35</sup> huc illuc feruntur ridentes vociferantes, aquam respargent, petulantiā ac lasciviā exultantes. Ego in lembo solus sedebam gelido sudore frontem perfusus. Tum ipsa adnavit.

«Quid est? — inquit — iam dudum te expecto nigrisque ocellis me adrisit venustate splendens, sed occisam<sup>36</sup> eam<sup>36</sup> cupiebam.<sup>36</sup> «Numerabo: unum, duo, tria, si non praecipitaveris te in aquam, lebum subvertemus». Sodales undique accesserunt, ut eius conatum adiuvarent: «Unum, duo et unum... est».

Quid ego hoc temporis momento senserim, non memini. Utrum ipse insiluerim an alias

quis me in aquam praecepitaverit, dicere non possum, casum tantum in aquam et post ingenitum sonitum sentiens. Clamare volebam, sed gutture intercluso nequibam vocem edere. Quum animum<sup>37</sup> recepissem,<sup>37</sup> iam in lembo iacui. Manus aliquot me depsebant<sup>38</sup> et fricabant.



bant.<sup>38</sup> Illa mihi adsidens severis oculis me intuebatur.

Cum primas voces edidisse: «Nescio natare», neque me irrisit neque ludificavit, immo lacrimasse mihi visa est. Cum ad ripam appulimus, illico in lecto collocatus sum. Celeriter convalui. Illa, cum cotidie me convenisset, facere non potui, quin infirmitatem valetudinis longius producerem.

(Epilogus.)

Librum, qui inscriptus est. «Quomodo fiam liber natator» combussi. Tamen 100 metrorum natationem «crawl» 1:18·6 confeci... quippe illam uxorem duxi.

<sup>26</sup> közel = nah = près    <sup>27</sup> csónak = Boot = canot    <sup>28</sup> derekasan = tüchtig = très bien    <sup>29</sup> ölet = Einfall = idée    <sup>30</sup> kivülről megtanúlni = auswendig lernen = apprendre par cœur    <sup>31</sup> menetrend = Fahrplan = horaire    <sup>32</sup> fogvacogva = Zahneklappernd = en claquant des dents    <sup>33</sup> fürdőköpeny = Bademantel = baigneuse

<sup>34</sup> rosszul voltam = wurde mir übel = j'étais bien mal    <sup>35</sup> fejest ugrani = einen Kopfsprung machen = piquer une tête    <sup>36</sup> fürgén = geschmeidig = lestement    <sup>37</sup> szerettem volna megölni = ich hätte sie umbringen können = je l'aurais tuée    <sup>38</sup> magamhoz tértém = zu mir kam = je repris connaissance    <sup>39</sup> gyűr és dörgöl = kneten und massieren = pétrir et frotter

## Desiderius Kosztolányi

1885—1936.

*Lugete o Veneres<sup>1</sup> Cupidinesque<sup>1</sup>  
Et quantum est hominum venustiorum<sup>2</sup>:*  
Desiderius Kosztolányi mortuus est! Is  
poëtarum Hungarorum huius temporis a rerum  
peritis vel maximus fuisse dicitur. In inter-  
pretandis Gallicorum et Japonicorum cetero-  
rumque exterorum poëtarum operibus fere  
insuperabilem artem sensumque rhythmicum  
praestitit. Sed forsitan in narrandis parvis  
vitae rebus erat excellentissimus. Quem non  
delectavit narrationibus iucundissimis etiam  
in ephemeride nostrā? Ingenium eius multis  
Europae populis notum erat, exempli causā  
fabula<sup>3</sup> romanensis<sup>3</sup> de Nerone scripta, quae  
inscribitur «Poëta sanguinis avidus» cum pro-  
oemio<sup>4</sup> amici eius, Thomae Mann in Ger-  
mania edita erat.

Kosztolányi iam pridem morbo pulmonis<sup>5</sup>  
adeo cruciabatur, ut ne clarissimi quidem  
medici vitam eius servare possent. Vir verae  
humanitatis, cuius epistolam ad Horatium  
anno praeterito in paginis «Juventutis» nostrae  
legimus, nunc iam in aeternitate utitur collo-  
quio<sup>6</sup> «carissimi in versibus faciendis colle-  
guae» Romani: Horatii.

Magdalena Jóború (Budapestini.)

<sup>1</sup> szépség és báj istennői = Göttingen der Schönheit und Anmut = déesses du charme et de la beauté. <sup>2</sup> művészettel = Kunstliebhaber = amateur d'art. <sup>3</sup> regény = Roman = roman. <sup>4</sup> előszó = Geleitwort = préface. <sup>5</sup> tüdő = Lunge = poumon. <sup>6</sup> társaság = Gesellschaft = société.

## Ad Horatium.

Jos. Guelmino (Budapestini.)

*Quem non habent iam vincula temporum,  
Sublime coelum vertice qui feris,<sup>1</sup>*

*Io triumphē Horati Flacce  
Terricolis<sup>2</sup> generose doctor!<sup>3</sup>*

*Beatus est, qui rebus in optimis  
Idemque angustis<sup>4</sup> restitūt innocens,<sup>5</sup>*

*Ultra modum non sese tendens  
Nec metuens inimica tela.*

*Mortis gradum qui non timuit sagax,  
Vitā fruentem quem rapiet dies,  
Beatus ille ter quaterque:  
Dona tulit fugientis aevi.<sup>6</sup>*

*Qui comparare<sup>7</sup> non studet omnia  
Aequē reservans iussa deum; beat<sup>8</sup>  
Parvo felicem magna pax et  
Non vitiat<sup>9</sup> cumulanda moles.<sup>10</sup>*

*Pro patria sed dulce tenet mori  
Iustus tenaxque<sup>11</sup> propositi,<sup>11</sup> simul  
Vitae<sup>12</sup> integer,<sup>12</sup> fit is superstes  
Accipit et super astra cultum...*

*Sic voce reples pectora nobili,  
Bis mille qui iam idem ac eras manes  
Annos, — io, io triumphē  
Optime doctor Horati Flacce»*

<sup>1</sup> verni, elérni = röhren = toucher <sup>2</sup> a földi ember = Erdbewohner = être terrestre <sup>3</sup> tanító = Lehrer = maître <sup>4</sup> szüksös = bedrängt = dur <sup>5</sup> feddhetetlen = untadelig = intègre <sup>6</sup> élet = Leben = vie <sup>7</sup> megszerezni = erwerben = acquérir <sup>8</sup> boldogítani = beglücken = remplir de bonheur <sup>9</sup> megrontani = verderben = vicier <sup>10</sup> moles divitiarum <sup>11</sup> elvű = prinzipienfest = fidèle à ses principes <sup>12</sup> tiszta életű = im Leben unbescholtener = vertueux



In Hispania milites civesque nunc, cum haec scribuntur, iam Madritum urbem oppugnant, unde Caballerus cum aliis ducibus communistarum ante obsidionem effugerunt. Cum Russi socios in Hispania in dies magis magisque tormentis, <sup>1</sup> aéroplanis, quin<sup>2</sup> etiam<sup>2</sup> militibus adiuent, timendum est, ne si aliae nationes exemplum Russorum securae sint, magnum Europaeum bellum oriatur.

Leopoldus rex Belgarum videns, quomodo Russi Francogalliam destruerent, declaravit regnum suum dehinc, ut pericula belli evitaret, omnino neutrale mansurum esse.

<sup>1</sup> ágyú = Kanone = canon <sup>2</sup> sőt még = sogar = et même

Mussolini dux Italorum in oratione Mediolani Calendis Novembribus habitis de Hungaria haec dixit: «Quamdiu<sup>3</sup> Hungariae iustitia debita non redditur, status in regionibus Danubii ad finem<sup>6</sup> perducendi<sup>4</sup> causā<sup>4</sup> non ordinari potest. Fieri non potest, quin 4,000,000 Hungarorum extra fines regni vivant. Populus Italorum semper laudem<sup>5</sup> et admirationem Hungariae impertitur, qui affectū animi proximis temporibus publice atque magnifica cum sollemnitate manifestabuntur.» Ceterum Itali cum Austriacis Hungarische Vindobonae confoederationem renovaverunt, cui fortasse Germania quoque se adiunget.

In Mesopotamia Iasaf satrapes<sup>6</sup> amicus Anglorum in urbe Bagdad in seditione<sup>7</sup> militum<sup>7</sup> imperfectus est, qui ministros civitatis gradu honoris deiectis ipsi rerum potiti sunt.


Navis<sup>8</sup> Hollandorum vapore<sup>8</sup> mota,<sup>8</sup> nomine «Van der Vyck» ad insulam Iavam naufragio submersa interierit. Quamquam signis radio-phoniciis SOS arcessiti primum aeronautae, deinde naves quoque succurrentes<sup>9</sup> multos naufragorum in aqua vix se sustentantium servare potuerunt, tamen Batavi 73 homines in fluctibus mortuos lugent. Hollandiae doloribus<sup>10</sup> nos quoque congruimus.<sup>10</sup>

Societas<sup>11</sup> defendendis<sup>11</sup> animalibus<sup>11</sup> Vindobonensis hoc anno iterum milia hirundinum<sup>12</sup> nondum profectarum partim aéroplanis, partim vecturis<sup>13</sup> citatoribus<sup>13</sup> automobilibusque in Italiā misit. Exemplum Austriacorum humannissimus<sup>14</sup> quisque<sup>14</sup> sequi debet.

Statua libertatis Neo<sup>15</sup>-Eboraci<sup>15</sup> 50 annis ante ab artifice F. Bartholdi ex aere facta in aditu portūs posita est. Fax in manu feminae giganteae<sup>16</sup> cum symbolum est libertatis, lucis mundi, tum etiam nocturnis ignibus cursum navium regit. Projectore ingenti facis antea multitudo volucrum attrahebatur, ubi aves miserrimae, quarum visus lumen occaecans<sup>17</sup> praestrinxit, perierunt, quare reticulum densum faci circumdataum est, ne aves advolare possent.

Ioannes Csengery professor emeritus universitatis Szegediensis, qui praeter alias interpretes<sup>18</sup> solus plurima opera poëtarum Graecorum et Latinorum hungarice reddidit (omnes tragoeidas et fragmenta tragicorum Graecorum, carmina Pindari, Horatii, Vergilii, Catulli, Tibulli, Propertii, etc.), nuperrime,

cum 80. annum aetatis expleret, Homerii Iliadem Odysseamque iuvenili studio et assiduate conversam edidit. Interpreti et vati



insuperabili etiam nos imo ex corde gratulamur et bene<sup>19</sup> precamur.<sup>19</sup>

Narratiuncula quae inscribitur «Visitatio rectoris» omnibus adeo placuit, ut multis interrogantibus nunc hic mihi respondendum esse putarem. Rector est Emericus Szerecz doctor, qui gymnasio ordinis Praemonstratensis Keszthelyensis praeest. Praefecto<sup>20</sup> militum<sup>20</sup> nomen est Josepho Dery doctor. Professor autem, qui discipulos linguam Latinam tanto cum successu docet, est Aemilius Láng, ab ephemeride condita semper fidelissimus. socius et fautor Juventutis nostrae, atque peritissimus

<sup>3</sup> ameddig = solange = tant que <sup>4</sup> végérvényesen = endgültig = définitivement <sup>5</sup> elismérés = Anerkennung = honneur <sup>6</sup> basa = Pascha = pacha <sup>7</sup> katonai államcsiny = Militärputsch = coup d'État militaire <sup>8</sup> gózhajó = Dampfschiff = bateau à vapeur <sup>9</sup> segítésgére sietni = zur Hilfe eilen = courir à l'aide <sup>10</sup> részvétet érezni = Beileid empfinden = partager la douleur de <sup>11</sup> állatvédelmegyesület = Tierschutzverein = société protectrice des animaux <sup>12</sup> fecske = Schwalbe = hirondelle <sup>13</sup> gyorsvonat = Schnellzug = train rapide <sup>14</sup> minden nemesszívember = jeder edelmütige Mensch = chaque homme généreux <sup>15</sup> New-York <sup>16</sup> óriási = riesenhaft = gigantesque <sup>17</sup> vakító = blendend = éblouissant <sup>18</sup> műfordító = Übersetzer = traducteur <sup>19</sup> szerencsét = kívánni = Glück wünschen = féliciter <sup>20</sup> katonatiszt = Offizier = officier

rei photographicae. Etiam imago gymnasii Keszthelyensis hic publicata eius opus est. Deus omnipotens, qui Te, Aemili carissime, 40 annos iam munere magistri fungentem adhuc serva-



vit, multos annos et corpore et animo Te servet in columem!

**Francelinus Roosevelt** iterum praeses Civitatum foederatarum Americae Septentrionalis creatus est. Victoria eius in historia comitiorum Americanorum inaudita et exemplo carent est: Roosevelt 519 electorum suffragia, adversarius eius, Landon tantum 12 electores accepit. Sic factio democratistarum iterum vicit.

### Certamen litterarum.<sup>1</sup>

Societas amicorum litterarum humaniorum (vulgo *Parthenon*) mense Septembri abiturientes gymnasiorum, qui litteras Graecas admaverant, ad certamen litterarium invitavit. In certamine, quod in aedibus collegii Baronis Eötvös institutum erat, duo pensa proposita sunt.<sup>2</sup> Convertendi enim erant in sermonem hungaricum 25 versūs Persarum Aeschylī, praeterea etiam ex Critone Platonis pars selecta (De amore patriae) hungarice interpretabantur erat.<sup>3</sup> Octo iuvenes nomina<sup>4</sup> dederunt<sup>4</sup> et omnes fere argumenta designata recte sol-

verunt. Iudices<sup>5</sup> praemiorum<sup>6</sup> tres potissimum<sup>6</sup> versiones laude dignas iudicavit. Itaque primus victor evasit *Sigismundus Varga Debrecinensis* collegii ref. alumnus; secundas partes obtinuit *Thomasius Imrédy Budapestinensis*, discipulus gym. Scholarum Piarum, tertium locum comparavit sibi *Julius Nagy* e gymnasio Jaurinensi<sup>7</sup> Ord. St. Benedicti. Victores libris et stipe<sup>8</sup> donati, professores eorum autem a praeside societatis litteris solemnibus consalutati sunt. Hic eventus<sup>9</sup> certaminis eo laetior<sup>10</sup> est, quia unus modo certantium litteris Graecis ex professo<sup>11</sup> operam daturus est, ceteri autem iuris prudentiam, artem medicam et technicam sequentur.<sup>12</sup>

A. Friml.

<sup>1</sup> tanulmányi verseny = Studienwettbewerb = concours d'études    <sup>2</sup> kitűzni = stellen = proposer    <sup>3</sup> fordítani = übersetzen = traduire    <sup>4</sup> jelentkezni = sich melden = se présenter    <sup>5</sup> bíráló bizottság = Preisgericht = jury    <sup>6</sup>különösen = besonders = surtout    <sup>7</sup> Győr = pénzjutalom = Geldbelohnung = récompense en argent    <sup>8</sup> eredmény = Erfolg = résultat    <sup>9</sup> örvendetes = erfreulich = réjouissant    <sup>10</sup> hivatalsszerűen = berufsmässig = professionnellement    <sup>11</sup> szentelni magát = sich widmen = se vouer

### Hypatia.

(20.)

Scripsit C. Kingsley. Hungarice reddidit A. Zigány. Excerptis atque in Latinum convertit: Valentinus Fehér (Strigonii).

### V. Perturbatio omnium rerum.

Philammo tres dies in carcere furens a custodibus negligebatur. Ter in die cibum ei per foramen<sup>1</sup> tradiderunt et quidquid ex eis quaesi- erat, nil responderunt. Tandem sexto die ianuā carceris patefactā custos aspere eum increpat: «Surge, puer et age dis gratias et benigno praefecto, qui captivos omnes liberos dimitti iussit».

— Egitne iam soror mea, Pelagia, Veneris saltationem? — balbutit<sup>2</sup> Philammo haesitans.

— Multas illa — respondet carcerarius<sup>3</sup> — iam egit saltationes. Sed hodie rursus eam saltataram esse opinor. Festina, puer! Haud scio, an propter te sero in circum veniam.

Philammo exsiluit et tamquam a Furiis agitatus e carcere se eiecit; exanimatus<sup>4</sup> domum cucurrit et mutato vestimento in circum properavit. Eā ipsā ianuā se intulit, quae proxima erat spectaculo<sup>5</sup> Orestis et quoniam auditores

<sup>1</sup> rés = Öffnung = brèche    <sup>2</sup> dadog = stammeln = bégayer    <sup>3</sup> hörtonör = Kerkermeister = geôlier    <sup>4</sup> lélek-szakadva = atemlos = à perdre haleine    <sup>5</sup> páholy = Loge = loge

Hypatiae circa illud spectaculum se congregaverant, ipse quoque inter eos resedit. Orestes sollempni vestitu ornatus in suggestu<sup>6</sup> imperatorio superbus sedebat. Quia illo die ei in animo erat<sup>7</sup> cultum deorum paganorum publice pronuntiare ac restituere, personam<sup>8</sup> Augustalis<sup>9</sup> gerens<sup>8</sup> hilariter sermonem conferebat cum Hypatia, quae pallida, taciturna, tristis ei assidebat.

Primum fuit cruentum spectaculum. Nam 50 fere Libyes viri, feminae, pueri, qui cum mota seditione armati Romanis publicanis<sup>9</sup> restitissent, mortis damnati erant, vilibus armis cum totidem gladiatoriis optime armatis de vita dimicare coacti sunt. Pugna brevis et cruenta fuit. Barbari desperantes quamvis fortiter pugnarent, tamen impari certamine mox a gladiatoriis ad unum omnes trucidati sunt. Philammo adeo multo sanguine nauseavit,<sup>10</sup> ut fugere vellet. Sed cum surrexisset, vertigine correptus<sup>11</sup> in locum recidit. Cadavera longis baculis uncisque<sup>12</sup> immissis sic foras<sup>13</sup> a servis trahebantur, ut limes<sup>14</sup> cruentus in harena remaneret. Mox servi ingressi harenā denticulis<sup>15</sup> aequatā maculas rubras sanguineas recenti sabulone<sup>16</sup> conspergunt. Tum aulaeo<sup>17</sup> ante scenam presso<sup>17</sup> post scenam tibicines<sup>18</sup> ludere cooperunt.

Deinde sublatō<sup>19</sup> aulaeo oculi omnium in scena defixi erant. Scena parvam insulam in mari fluctuoso repreäsentabat.<sup>20</sup> Aqua paullatim spumare coepit et Pelagiae caput e gurgite<sup>21</sup> emersit. Ea erat Venus. Tum magis magisque eminebat et tandem concha<sup>22</sup> in qua sedebat, se ostendit et emersit cohors Tritonum, Nereidum, Naiadum, qui concham in aqua ducebant atque procul in recessu<sup>23</sup> Neptunus apparuit tridentem manu tenens. Mox pelago, insulā, Pelagiā, Neptuno Naiadibusque evanescentibus<sup>24</sup> machina scenica templum Ionicum lignis fabricatum sustulit. Foribus templi patefactis famulae Veneris binae per gradus egressae in semicirculum<sup>25</sup> constituerunt deam exspectantes. Tum minuti currus a leopardis mansuefactis<sup>26</sup> ducti sunt, in quibus singulae nymphae sedebant; subinde sex paria ingentium testudinum, quibus Amores renidentes vehebantur, postea pavones, phasiani, psittaci,<sup>27</sup> phoenicopteri,<sup>28</sup> struthiones, qui graphicē<sup>29</sup> suum quisque locum in scena ceperunt.

Grex rarorum mirorumque animalium e templo usque effundebatur. Cervi et oryges<sup>30</sup> e Libya solitudine, ingentes e septentrionibus alces<sup>31</sup> et tarandi,<sup>32</sup> arietes quattuor cornibus urique<sup>33</sup> ingenti capite hirsutisque<sup>34</sup> iubis<sup>34</sup> scenam complerunt. Tum immanes ursi, leopardi, tigrides, leones secuti sunt. Tum densi



Statua libertatis (pag. 43.)

<sup>6</sup> emelvény = Tribüne = tribune    <sup>7</sup> szándékozni = beabsichtigen = se proposer de    <sup>8</sup> Augustalisnak (császári fölap) öltözve = als Augustalis (kaiserlicher Oberpriester) gekleidet = en tenue d'Augustale (prétre chargé du culte des empereurs)    <sup>9</sup> állami adóbérlő = Generalpächter der römischen Staatseinkünfte = receveur d'impôts chez les Romains    <sup>10</sup> kevereg a gyomra, rosszul lesz = sich unwohl fühlen = avoir la nausée    <sup>11</sup> szédülni = den Schwindel bekommen = être pris de vertige    <sup>12</sup> horog = Widerhaken = crampon    <sup>13</sup> kifelé = nach Aussen = en dehors    <sup>14</sup> barázda = Furche = sillon    <sup>15</sup> gereblye vagy borona = Egge, Harke = râteau    <sup>16</sup> homok = Sand = sable    <sup>17</sup> a függönyt leeresztik és = der Vorhang fällt und = le rideau tombe et    <sup>18</sup> fuvolások = Flötisten = flûtistes    <sup>19</sup> felhúzni = aufziehen = hausen    <sup>20</sup> ábrázol = darstellen = repräsentieren    <sup>21</sup> mélység = tiefer See = abime    <sup>22</sup> kagyló = Muschel = coquille    <sup>23</sup> háttér = Hintergrund = fond    <sup>24</sup> eltünni = verschwinden = disparatre    <sup>25</sup> félkör = Halbkreis = demi-cercle    <sup>26</sup> szelidteni = abrichten = apprivoiser    <sup>27</sup> papagály = Papagei = perroquet    <sup>28</sup> flamingó = Flamingo = flamant    <sup>29</sup> festői csoportban = malerisch gruppiert = groupés d'une façon pittoresque    <sup>30</sup> gazellafajta = eine Art Gazellen = espèce de gazelle    <sup>31</sup> jávorszarvas = Elentier = elan    <sup>32</sup> rénszarvas = Renntier = renne    <sup>33</sup> bölény = Auerochs = bison    <sup>34</sup> bozontos sörény = struppige Mähne = crinière hirsute

frutices palmeti,<sup>35</sup> quod erat in dextro templi latere, magno fragore<sup>36</sup> pedibus ingentis animalis contrebantur. Homines curiosi oculos eo coniecerunt: atque ut strepitus appropinquabat, primum duo longi dentes, tum proboscis<sup>37</sup> usque mobilis, postremo se etiam elephantus e luco emersit. At qualis elephanta! candidus, ut nix, qualis etiam in India raro saeculis nascatur. Qua ibat, terra sub pedibus eius gravem sonitum dabat; dentes penitus impediti<sup>38</sup> sertis, pulcherrimus in servicibus Cupido sedens eum agebat. In tergo in concha aurata, purpurata sericaque<sup>39</sup> iacebat Pelagia Venerem repraesentans, quae dormire videbatur.

Bis elephantus harenam circuivit et ad aram, quae in medio stabat, constituit. Tum chorus canere coepit carmen, quod in honorem Veneris Hypatia scripserat, et elephantus proboscide retro porrectā<sup>40</sup> tenerē latus Pelagiae complexus, eam e concha levatam humili depositus. Pelagia muta renidens in loco stabat exspectans, dum turbā conticescente<sup>41</sup> audiret tibiarum cantus, ad quam ipsi saltandum erat. Sed cum saltationem incipere vellet, Philammo per foros<sup>42</sup> saliens quasi vesanus per viam praecipitem<sup>43</sup> decurrit in harenam et singultans gemensque clamavit:

«Pelagia, mea soror! Veni tecum hinc, ex hoc nefasto loco, qui sanguine innocentium commaculatus est. O veni tecum: ego sum frater tuus».

Pelagia obstupefacta natantibus<sup>44</sup> oculis Philammonem aspergit, tum exclamavit: «Frater!» Uno saltu ad Philammonem accurrit et collo brachia iniecit.

Vulgus primum insperata re obstupefactum est, sed tum maximo furore captum ululavit: «Pereat, eiciatur! Figatur cruci servus iste! Obiiciatur elephantis!»

Et ingens animal a servis stimulatum<sup>45</sup> citato gradu ire coepit ad Philammonem et raucum sonans proboscide latus eius arripuit. Vox faucibus haesit. Elephantus Philammonem sublatum paulisper tenuit, velut ambiguus,<sup>46</sup> an eum ad terram affligeret. Eodem tempore vox Pelagiae exsonuit: «Parcite ei, viri Macedones! Parcite ei, fratri meo!»

(Ad numerum proximum)  
= pálmaliget = Palmenhain = palmeraie    robaj = Getös = fracas    ormány = Rüssel = trompe    át-

fonni = umwinden = enruler    selyem = Seide  
soie    kinyujtani = ausstrecken = étendre    elnémül  
= verustum = se taire    széksorok = Sitzrei.  
hen = rangées de chaises    nyaktörö = abschüssig =  
périlleux    elhomályosult = es schwamm ihr vor den  
Augen = inondé de larmes    ösztökél = antreiben =  
aiguillonner    habozva = unentschlossen = indécis =

### Ad Sanctum Stephanum regem.

Hymnus hungaricus e saeculo XVII. auctoris ignoti.

Latine reddidit Josephus Irsik (Budapestini).

*Ubi es Hungrorum      Cui Stephane, tu  
clare fulgens stella,      eras hortulanus;  
Regni nostri quondam      Miraculis plena  
splendida tutela?*

*Sancte Stephane rex,      Ad te suspiramus  
te desideramus;      nos nepotes maestri;  
Tristes et lugentes      Te precamur Hungri  
coram te ploramus.*

*Flemus et dolemus      Respice, rex sancte,  
tui commemores;      regnum tuum triste;  
Maerore roramus      Recordare nostri,  
et camporum flores.*

*Fortium languescunt      Spes tu nobis es cum  
brachia virorum,      Virgine Mariā,  
Lacrimis nubescunt      Cum patrona regni,  
lumin' oculorum.*

*Florigenus hortus      Nos cui vivus dum  
erat Pannonia,      pie consecrasti,  
Quem coelesti rore      Regnum cum corona  
rigabat Maria,*

<sup>1</sup> egeni

### Librorum recensio.

Karl Thieme: Lebendiges Latein in modernen Briefen aus den verschiedenen Gebieten der Gegenwart. Fünfte, umgearbeitete und erweiterte Auflage von «Scribne litterulas latinas?» besorgt von Prof. Dr. G. Merten. Ferd. Dümmlers Verlag. Berlin und Bonn. 1937. Preiss M 2.50. Pag. 1—108.

Qui commercium litterarum cum amicis habent, haud ignorant librum Caroli Thieme. In nova editione temporibus mutatis accommodata numerus litterarum idem est (106), sed omissionis 12 epistolis, quae certamina factionum et contiones suffragatorum descripserunt, aliud multo utilius iucundiusque invenimus: vitam in America, volatum aéroplanorum, cinema, res radiophonicas, currum automo-

bilem, varia genera gymnicorum, Olympiadem Berolinensem, etc. Ex libro, quem amicis latinitatis perimpense commendamus, hic certamen pugilatorium Schmelingi cum nigrita Louis publici iuris facimus (epistula 82.)

Carissime Aemili!

Quippe quia in Germania litteris<sup>1</sup> studui<sup>1</sup>, a pugna sine armis facta mea sponte semper abhorbam. Imprimis certamen<sup>2</sup> pugilatorium<sup>2</sup> mihi rude humileque esse videbatur. Iam nonnullos autem dies de hac re aliter iudico. Meis ipsius oculis Schmelingum et Ludovicum<sup>3</sup> pugnantes conspicatus pugnā finitā, quod a Germanis genus duco, sane gavisus sum.

Quanta vi et assiduitate, quanta arte et exercitatione<sup>4</sup> uterque homo robustissimus pugnaverit, vix recte intelligere poteris. Diu, uter vinceret, erat in medio.<sup>5</sup> Sed homo Germanus agilitate et perseverantiā vicit ictu<sup>6</sup> ultimo<sup>6</sup> adversarium prostenens.<sup>6</sup> Maxime mehercule dolendum fuisset, si Africanus homo Europaeum vicisset. Nunc vero Americani quoque gaudent nostraque Germanorum auctoritas augebitur.

Me medicum<sup>7</sup> multi<sup>7</sup> homines<sup>7</sup> convenient.<sup>7</sup> Uxor mea magnā rerum scientiā me adiuvat.<sup>8</sup> Valentine? Ex animis vos salutamus.

Semper Tuus fidelissimus N. N.

<sup>1</sup> tanulmányait végezni = studieren = faire ses études  
<sup>2</sup> ökolívás = das Boxen = la boxe    <sup>3</sup> Louis    <sup>4</sup> technika = Technik = technique    <sup>5</sup> kétséges volt = schien zweifelhaft = il était douteux    <sup>6</sup> knockautloni = knockout schlagen = mettre knock out    <sup>7</sup> virágzó orvosi praxissal rendelkezem = meine ärztliche Praxis geht gut = j'ai une clinique bien nombreuse    <sup>8</sup> asszisztál = assistiert = assiste

4. Filius: Quid habebant homines ante instrumentum radiophonicum excogitatum?<sup>5</sup>  
Pater: Quietem silentiumque, mi fili!

Andreas Uskert disc. Tatanus.

5. Adolescentulus asinum curru iunctum lacebbit. Cum auriga eum verberare vult, in aream scholae currit, sed currens rectorem offendit, qui propterea alapam<sup>6</sup> ei dūcit. Post colaphum<sup>6</sup> puer flebiliter classem ingreditur.

Magister interrogat: Cur lacrimas?

Puer: Re... rec... rector mihi alapam duxit, quamquam asinum non violavi!

Georgius Lénárd disc. gym. JPEA.

<sup>1</sup> éleselméjű = spitzfindig = sagace    <sup>2</sup> gúny tárgyává tenni = Gespött treiben mit jdem = se moquer de    <sup>3</sup> talpræsetten = schlagfertig = avec présence d'esprit    <sup>4</sup> atlátózter = Schlafmittel = dormitif    <sup>5</sup> feltaálás = Erfindung = invention    <sup>6</sup> nyakleves = Ohrfeige = gifle



### Solutiones aenigmatum numeri II.

1. Novem-ove.
2. Amnes-omnes.
3. S, es, pes, opes.
4. Parva domus, magna quies.
5. Memento homo quia pulvis es et in pulverem reverteris.
6. Julius Caesar. — Veni, vidi, vici.

Aemignata recte dissolverunt: Anna Gellért, Anna Mayer (*Ursulanum*), Joannes Glancz, Geysa Füleki, Paulus Tolnay, Julius Asztalos (*Scholae Piae*), Joannes Follinus, Paulus Kristek (*Americanum*), Joannes Wolkóber (*Madáchianum*), Andreas Klein, Levente Hibbey (*Fayanum*), Editha Bátori, Ida Gall, Irene Lenkei, Marianna Magyar, Susanna Mártha, Stephania Vermes, Anna et Susanna Büchler (*Theresianum*), Otto Nagyszébeny (*Stephanum*), VIII. classis (*Elisabethum*), Georgius Reisz, Tiburtius Bolemann (*gymn. I. P. E. A.*), Eva Lányi, Olga Kunczer (?) *Budapestinenses*. — Josephus Klein, Michael Binét, Ernestus Danziger, Arnoldus Guttmann, Georgius Amigó, Emericus Grossz *Debreccinenses*. — Franciscus Apor, Ferdinandus Debreczeni, Franciscus Lovászy, Alexander Kovács, Adalbertus Monostori, Emericus Lipsitz *Szegedinenses*. — Valeria Albrecht, Gabriella Henizer, Alexander Bérenyi, Andreas Uskert, Gabriel Ladislaus, Josephus Kaptay Tatani. — Elisabetha Fikár *Kaposváriensis*. — Zoltánus Győri *Rákospalotanus*. — Ludovicus Porpácz *Sabariensis*. — Elisabetha Buda, Margareta Steiner, Irma Jámbo, Helena Szabó, Eva Dobó *Jaurinenses*. — Otto Bor, Helena Cattaneo, Re-Schmid *Vindobonensis*. — Helena Cattaneo, Re-



### Iocosa.

1. Homo stultus quidam hominem argutum<sup>1</sup> ludibrio<sup>2</sup> habuit<sup>2</sup> propter aures longas. — «Confiteor — respondet ille paratus<sup>3</sup> — aures meas pro homine longiores esse, sed tu quoque confiteberis tuas pro asino breviores esse!»

Ediha Heller disc. Theresiani (Bpest.)

2. Magister (cum iam discipulus in scribendo quadam mathematico penso usque ad imam tabulam parietinam pervenerit): Nunc autem quid porro faciendum?

Nebulo: Nunc tabula tollenda est!

3. Filius: Adverte animum, pater, ne dormitaveris! nam nondum sumpsisti medicinam<sup>4</sup> somniferam!

nata Himmelsbach *Luganenses*, Maria Ludovica  
Lavanchy *Lausannensis* (Helvetia).

*Praemium sorte Marianna Magyar, VIII.-ae  
classi Elisabethi, Iosepho Klein, Francisco Lovászy  
et Ludovicæ Lavanchy obvenit.*

1. *Dissolvendum ad saltum caballi.*  
(Saltus ad litteram ultimam em extra legem.)

	m	a	e	
m	s		c	T*
m	a	r	i	r
t	a	o	e	l
n	o	e	a	n
ae	e	m.	t	o
R	m		g	

*Editha Bátori disc. Theresiana (Bpest).*

2. *Par impar.*  
(logographus.)

Si e est loco altero,  
Tum animal non timeo.  
Sin u eodem loco stat,  
Tum animal me territat.

*Otto Schmied Vindobonensis.*

3. *Crucigrama.*

1	2			
				8
	1			
4				
5				

Ad libram :

1. *Dictum Horatii notum,*
2. *Genitivus loci, cuius incōiae angeli sunt.*
3. *Hoc accipere omnes amant.*

Ad perpendiculum :

1. *Radix perfecti verbi «cadere»,*
2. *Litterae anseris commutatae.*
3. *Continuatio dicti Horatii (ad libram 1.).*

*Elisabetha Fikár disc. Kaposváriensis.*


Budapestini, ex officina consortii Stephanei.—Negotiorum curator: Fr. Kohl iun.

EDU Hungarias BIO iii TEGum RA erit.

*Lad. Javorik disc. Tatanus.*

Terminus solutionum ad moderatorem mittendarum  
12. dies mensis Dec.

Solutiones aenigmatum sumptibus comparcendi  
causa singulis in scholis a magistro collectae in  
eodem involucre epistulae ad moderatorem mitti  
possunt.



Corrigenda numeri 2. (Oct.): pag. 19.: pro : «cofoederationis Achaici» lege : «conf. Achaicae». — pro : «effosae» lege : effossae. — pag. 24.: pro : «dilaectae» lege : dilectae. — pro : «Cechoslovia» lege : Cechoslovacia. — pag. 26.: pro : «carnifex peccatos percutit» lege : carnifex peccatoe perc. — pag. 30.: pro : «mucisis» lege : musicis. — pag. 31.: pro : «Ballissima» lege : «Bellissima». — pro : «beneficio loco» lege : benefici loco. — pro : «metiri potest» lege : metiri potes. — pag. 32.: pro : «aperire» lege : aperire velit. — Aenigmata corrigenda: 3.: «Est cōsonāns (haec) litterā». — 6.: «mpedi., (i), lau., (a), rudi., (i)».

G. Lénárd. Aenigma prodibit, quamquam solito facilius est. — I. Guelmino, O. Schmied, Ae. Láng, A. Friml, D. Kovendi. Ad vos, carissimi collegae privatas litteras daturus sum. — Z. Vajda—G. Rátkey. Prima stropha carminis a Valentino Ballassi de finibus scripti, quam latine reddidisti, mutatis mutandis hic publicatur:

Milites quid datum Ubi vērē aves  
Super mundum latum Cantant laetantes,  
Est pulchrius finibus? Vivit homo cum quibus.

Campus dat odorem  
Caelum pulchrum rōrem  
Cariores omnibus.

Relinquette carmina veris poētis. Multo utilius est discipulis solitae orationi operam navare. Si vultis, mitto materiam convertendam. — I. Kapay, I. Klein, E. Bátori. Aenigmata tempore prodibunt excepto uno longiore Josephi Klein. Diligite auream mediocritatem: aenigmatibus facilimis aut difficillimis uti non possum. — A. Kiss. Administrator non tam severus est. Si habebis, solves pretium subnotandi. — D. Zentay, L. Juhász, Philips dr. Recensio librorum transmissorum mox prodibit.

Sumptibus Societatis Magistrorum Intermedi-scholarium Catholicorum. — A. Katholikus  
Középiskolai Tanáregyesület költségén.  
(Praeses: DR. IOANNES KISPARTI, elnök.)



LATIN IEJÚSÁGI FOLYÓIRAT. LATEINISCHE JUGENDZEITSCHRIFT. REVUE LATINE DE LA JEUNESSE.

Administrator, ad quem pecuniae dirigantur: ALEXANDER REGÉNYI, Budapest, VII., Barcsay-u. 5. (tel.: 1-422-15).

Moderator, ad quem manuscripta mittantur: I. WAGNER DR. Budapest, XI., Lágymányosi-utca 20. (telephon: 2-686-34).

Prodit Budapestini quotannis decies. Pretium subnotationis an. 1936—37. in Hungaria 3 pengoe, extra Hungariam 4 pengoe. Gyrus aerarii comparsorum postalis in Hungaria: 57.292, in Austria: A—37.880. Subnotatores earum gentium, unde simplex pecuniarum transmissio impeditur, utantur schidulis. Coupon réponde internationalis appellatis, quarum si quis decem in epistola ad administratorem mittit, pretium annum solvit. Quinis exemplaribus sextum gratuito additur.

## Oratio gubernatoris Hungariae.

Finitā classicā pompā Neapolitanā Victor Emanuel rex et imperator ad honorem hospitis Nicolai Horthy gubernatoris regni Hungarici in cenatione<sup>2</sup> praefectorum<sup>2</sup> classiariorum<sup>2</sup> navis<sup>3</sup> prætoriae<sup>3</sup> prandium apparavit. Post prandium gubernator hanc orationem<sup>4</sup> animos<sup>4</sup> commoventem<sup>4</sup> et quae<sup>5</sup> omnibus<sup>5</sup> documento<sup>5</sup> esset, habuit:

Regia et Caesarea Maiestas! Celsissime<sup>6</sup> Princeps<sup>6</sup> Commititones<sup>7</sup> navales<sup>7</sup>! Cum ista verba facio, iterum revertor ad familiam nauticorum<sup>8</sup> omni admiratione dignissimum, quae sicut mare, immensa est eademque omnes totius orbis terrarum complectitur nauticos a tenuissimis<sup>9</sup> piscatoribus usque ad praefectum<sup>10</sup> classis<sup>10</sup>; omnes viri, qui eiusvis sint nationis, con-

tinuo<sup>11</sup> inter se noscitant, quippe qui assiduo saeuentis maris periculis atque formidinibus<sup>12</sup> obluctentur.<sup>13</sup>

Cum in maximo populo concursu inexplicabilis<sup>14</sup> quadam fato impulsi nos nautici quoque inter nos navibus occurrissemus, oculi non odio inflammati ardeant, ut



Rex Italorum et N. Horthy.

<sup>1</sup> a hajóhad diszszemléje = Flottenparade = parade marine <sup>2</sup> tengeri tiszti étkező = Marine-Officiersmesse = mess <sup>3</sup> parancsnoki hajó = Flaggschiff = vaisseau amiral <sup>4</sup> megható = ruhrend = impressionnant <sup>5</sup> tanulságos = lehrreich = instructif <sup>6</sup> (Umberto heres regni) Fel-séges Uram = Eure Hochheit = Sire <sup>7</sup> tengerész-bajtársaim = meine Kameraden von der Marine = camarades marins <sup>8</sup> tengerész = Seemann = homme de mer <sup>9</sup> egyszerű = einfach = simple <sup>10</sup> tengernagy = Admiral = amiral <sup>11</sup> azonnal = im ersten Augenblick = du premier bond <sup>12</sup> rém = Schrecken = épouante <sup>13</sup> küszködni = ringen = lutter <sup>14</sup> kifürkészhetetlen = unerforschlich = insovable